



EL BISBE BORRELL I ELS CANONGES, REUNITS EN SÍNODE DAVANT L'ALTAR DE SANT PERE [DE VIC], DONEN AL LEVITA GUILLEM, FILL DEL NOBLE SESMON, DIFUNT, UNA TERRA QUE ELS HAVIEN DONAT ELS COMTES RAMON I ERMESSEDA [DE BARCELONA-OSONA], SITUADA AL COMTAT D'OSONA, ALS CONFINS DE LES MARQUES, A L'EXTREM DEL TERME DE MANRESA, AL LLOC ANOMENAT DES D'ANTIC SEGARRA, ON HI HA ELS PUIGS DE CALAF, CALAFELL I FERRERA.

Original(56 x41 cm): Vic. AC., cal.9, episc.II, núm. 16 (abans cal. 6, núm.39). Al dors: “*Donatio facta ad vitam per Borellum episcopum de castro Calaf.*(s.XIII).i “*Donacio de Calaf*” (s.XIII)

FONT I RIUS. J. M. *Cartas de población y franquicia de Catalunya*. Vol.I Madrid-Barcelona. 1969. núm. 1º2, pàg. 23-25, ex O.

In nomine Dei miseratoris et pii. Ego Borrellus, gratia Dei Ausonensis episcopus, sede videlicet Sancti Petri de Vico, simul cum fratres meos kannonicos vel clericos eius-dem sede subjectos, donatores sumus tibi Guilelmus levita, filius condam Sisemundi nobilis. Manifestum est enim quia placuit animis nostris et utique prompto animo placent aliquid ex rebus et munificenciis nostre matris ecclesie donari tibi fecissemus sicuti et facimus. Donamus itaque tibi terra erema, partem culta partem inculta, cum omnium eius nominum et qualitatum suarum. Qui nobis advenit per largicionem munificencii donum quem Raimundus comes, cum coniuge ipsius Ermindsindis comitisse, contulit et cum summe devocionis oblatio obtulit ad nostra prelibata sede Sancti Petri. Que est hec omnia prefixa in comitatu Ausonensis, in ultimarum finium ipsius mar- chiarum propagata vel in expletionem terminum Minorise posita, cuius vocabulum ab antiquo et moderno tempore Segarra est vocata, que continet in se in ipso loco tres pugios, id est, unum Kalafum, alium Kalafellum, tercium Ferraria. Que affrontat prenotata terra cum pugios prefixos: de parte orientis in collo de Corragono, qui est ante Boxoadosso, et vadit per ipsa limite usque in termine de Lavinaria sive ad parietes altas; et de meridie in Solenellas vel in termine de Menresana et vadit per ipsos términos de Vilalonga usque ad sponna de ipsa silva; et de occiduo in extremitate valle Gavar contra Spania et adheret se ad villa herema que dicunt Vulvigia, deinde in antea, adjuvante Deo, quantum capere poteris et adprehendere sub meritum honoris Sancti Petri usque inter confinia limitum genti profane sarracenorum: de parte vero circii proveitur ad ipsa guardia que dicunt de Sudavo sive in termine de Cholonico ad ipso Arce.



Quantum istas afrontationes includunt et prefatos termines circundant sic donamus tibi et potestati tue contradimus equo animo patule et manifeste, in medio nostro generali sínodo ante altare Sancti Petri prelibato, universa omnia prefixa simul cum exiis et regressis earum cunctaque illarum pertinencia, ut ad opus tuum ibidem munitiones construas et condirecciones prout melius potueris exerceas et agricultores ibi obducas ad habitandum et ad excolendum opus rusticum in eo et facias ex his omnibus prefixis sub dominio tuo semper usuandi et potestati tue sinceriter possidendi ad futuros. Nisi tantum ego quod ego Borrellus, episcopus, qui hec omnia adquisivi ad opus nostre sedis et ad memetipso in vita mea de manu Raimundi, senioris mei commiti, sueque coniugis Erminsindis, comitissa, adhuc prefata omnia in eremo vaste solitudinis permanente, tecumque Guilelmo conveni per proprium tue voluntatis eo quod ex parte ubi adiutorium prestiti hoc defendendi et multas altercationes atque rixas vicinorum nostrorum vel aliarum insidancium hostium tecum sustinui atque dispendia ex propriis meis rebus subcumbui. Ideoque te assenciente in diebus meis ibidem habeam laborationem ad quinque parilia bovum, et intrandi et exeundi in ipsos castros ad tua salvatione et ad mea congrua adventione. Et post obitum meum successoribus meis non veniat hoc illis in usum, quia ego propter laborationem atque desudationem ut predictum est quod tecum passus sum, hec ibi habeam per tuam consencionem dum vixero. Et post obitum meum, in tua remaneat integra potestate omnibus diebus vite tue quamdiu vixeris sub servicio et obtentu prelibate nostre matris ecclesie. Et nullus, sit episcopus, nullus secerdos, nullus clericus vel canonicus, nullus religiosus, nullus laicus potens vel inferior seu cuiusque sexus persone qui hoc a manu tua auferre presummat neque nos neque successors nostros aud futuros. Similiter si ego Borellus, episcopus, te Guilemo supervixero hoc habeam cum ipso clerico que ad hoc possidendum elegeris atque relinqueris, quia valde indignum est illud locum amittere quorumcumque persone qui cuiusque situs terrarum de eremum traxerit ad culturam secure enim possidere debet causas pro antiquitatis solitudine in eremo versas qui eas traxerit ad decorationis laborem et nonnumquam debet laborator meritum sui laboris perdere.

Hec omnia prefixa tibi donamus et iuri tuo contradimus prout supra digessimus, habendi et possidendi omnibus diebus vite tue propere et salutariter. Et simili modo agimus et tui vicem concedimus illum clericum quem tu post te successorem in locum prefatum institueris et elegeris, ut prefixa omnia sub ordine posito et supra exarato habeat, teneat et possideat dulciter et benigniter quamdiu ipse vixerit sine cuiusque iniquitudine vel contrarietate. Post obitum vero ipsius omnia prefixa cum eius omni augmento integriter et sinceriter revertat ad dominium nostre prelibate mater ecclesie



eternaliter et iure habendi et possidendi. Et qui hanc nostram munificencie gratiam violator extiterit ad nihilum eveniat eius improbitas componatque omnia prefixa vobis prefatis in duplo cum omni eius augmento et anathemate confusionis dampnato cito interimat et cum Iuda Schariothis pena tabescat et ista donatio suam in omnibus obtineat firmitatem.

Facta donacione II kalendas madii, anno XVIII regnante Roberto rege.

+ Borrellus, gratia Dei episcopus acsi indignus, qui hunc pactum scripture satabilitatis cum assensu et rogatu canonicorum sede Sancti Petri caterva feci et fimavi et simul cum illis firmatores accedere rogavi. *Richulfus ashilevita SSS.* Guitardus levita, qui et sacriscriinii, SSS. *Randulfus archilevita SSS. *Witardus levita SSS. * Wifredus levita, qui et kapud scole, SSS. *Guibertus grammaticus SSS. *Bonefilio levita +. *Guilielmus levita atque prelatus SSS. *Albertus ypodiaconus SSS. *Otto subdiaconus SSS. *Hichilane sacerdos SSS. *Olibane sacerdos SSS. *Bonushomo levita, qui et iudex, SSS. *Wifredus levita, qui et iudex, sub SSS.* Argemirus sacer, exarator et SSS. sub die et anno prefixo

ORDEIG I MATA, Ramon **Diplomatari de la catedral de Vic. Segle XI – 1**, Doc. 754 pàg. 99-101
Publicacions del Patronat d'Estudis Osonencs. Publicacions de l' Arxiu i Biblioteca Episcopal i Blioteca Episcopals. Vic 2000.



Traducció:

En nom de Déu misericordiós i piadós. Jo Borrell, per la gràcia de Déu bisbe Osonenc o sigui de Sant Pere de Vic, amb els meus germans canonges o clergues subjectes a la dita seu, fem la present donació a Guillem, levita, fill del noble difunt Sesmon. Sigi manifest a tothom que ens ha plagut i amb tot el nostre gust donar, com en realitat ara fem, algunes coses dels béns i riqueses de la nostra mare Església, són aquestes terres ermes, en part conreades o per cultivar que es troben en llocs ben anomenats i amb totes les seves qualitats, les quals ens varen pervenir per donació del generós senyor comte Ramon i de la seva esposa la comtessa Ermessenda, que, per la seva gran devoció, en varen fer donació a la nostra seu de Sant Pere. Es troba la esmentada donació en el comtat d'Osona, a l'extrem de la seva frontera, allà on acaba el terme de Manresa, en el lloc anomenat antigament i en els nostres dies La Segarra i en la que es troben tres puigs anomenat un Calaf, el segon Calafell i el tercer Ferrera.

Tota aquesta terra, amb els puigs anomenats, termenegen per la part de llevant en el coll de Corregó, que es troba davant de Boixadors i continua el terme fins als límits de la Llavinerà o les parets altes, per la part de migdia limita amb Solanelles o el terme de la Manresana i segueix pels termes de Vilallonga fins al límit o espona de la selva, per la part de ponent arriba a l'extrem de la vall de Gàver enfront d'Espanya i toca la vila erma anomenada l'Oluja i d'allà en endavant amb totes les terres que, amb l'ajuda de Déu, es puguin prendre i ocupar en honor de San Pere fins límits de les terres que ocupen la gent profana dels sarraïns, finalment per la part de tramuntana o cerç arriba fins a la guàrdia anomenada Sudaó i en el terme del castell de Calonge fins a Ars(Arce).

Tot que inclouen les anomenades delimitacions i/o tot el que encerclen els termes que l'envolten us ho donem i posem a la vostra potestat, ben de gust i lliurament, en mig dels nostre sínode general davant de l'altar de Sant Pere; tot us ho donem amb les seves entrades i eixides amb el tot el que conté, amb la condició que per obra teva hi edifiques fortificacions i que ho regeixis o administris de la millor manera que puguis, i que hi portis pagesos que l'habitin i cultivin i de manera que tot es posi en cultura i estigui en domini teu ben organitzat i habitat, ara i en els temps futurs.

Cal recordar que jo Borrell, bisbe, vaig adquirir tot això en profit de l'església i personal, per tota la meva vida, de mans del comte Ramon i de la seva esposa Ermessenda, quan tot estava erm i amb una gran solitud, vaig convenir donar-t'ho a tu Ramon perquè vares mostrar voluntat d'ajudar-me i defensar-ho de les moltes baralles que hi posaven els propietaris veïns i altres insídies dels enemics i que això em va



ocasionar despeses que vaig socórrer amb els meus propis béns; per això amb el teu assentiment jo tindrè sempre el dret de tenir en dit lloc la meva pròpia terra que puguin mantenir i treballar cinc parelles de bous i també el dret d'entrar i sortir en dits castells per la teva protecció i també protegir els meus drets. Després de la meva mort que els meus successors respectin això, perquè jo hi he treballat i hi he suat junt amb tu i per això he de tenir sempre el teu consentiment i ajuda mentre visqui. Després de la meva mort tot ha de continuar sota la teva vida en servei i profit de la nostra mare Església. Que no hi hagi cap bisbe, ni sacerdot, ni clergue o canonge ni cap religiós, ni cap persona laica, ni potent o ni humil, ni de qualsevol sexe que presumeixi anar contra el que s'ha pactat, i això valgui també pels que ens succeiran. Igualment si jo Borrell, bisbe, visc més que tu, que mantingui el pacte pacte que hem fet oi que el mantingui també el clergue o persona a qui tu ho hakis llegat, perquè és una cosa molt indigna que es privi dels seu dret a una persona que ha tret unes terres de l'erm que les ha tornat productives, que les ha defensat i posat en protecció i productivitat.

Per això tot el que aquí s'ha esposat t'ho donem i ho passem del nostre dret al teu perquè ho tinguis i posseeixis de manera prospera i saludable tota la teva vida. I també ho concedim al clergue que després de tu ho posseeixi amb les mateixes condicions i de manera pacífica i sense cap contrarietat. Després de la seva mort tot retorni íntegrament a poder de la nostra mare Església. I si hi hagués algú que s'atrevisi a violar el que us hem donat tan lliurament que sigui obligat a retornar el doble dels que hagi usurpat, que caigui sobre ell l'anatema i sigui condemnat amb Judes Iscariot i que perduri aquest pena fins que ho hagi esmenat del tot.

Es feu la donació el dia 2 abans de les calendes de maig, de l'any 19 del regnat del rei Robert.

Firmes de Borrell, bisbe per la gràcia de Déu, encara que indigna, que fet aquest pacte i document de fermesa amb el consentiment i precs de tots els canonges de la seu de Sant Pere de Vic, que l'he signat i he pregat que signessin: Ricolf, arxilevita, Guitard levita i sacriscrini, Randolph, arxilevita, Guitard, levita, Guifret, levita i cap de l'escola, Guibert, gramàtic, Bonfill, levita, Guillem, levita i prelat. Albert. Diaca, Ot, sotsdiaca, Hiquilà, sacerdot, Olibà, sacerdot, Bonhome, levita i jutge, Guifret, levita i jutge. Argemir, sacerdot i escriptor que ho va escriure el dia i any abans esmentats.